



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigesimo-Octavo De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

De ratificatione Matrimonij quod nullum fuit. Pun. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

netur Episcopus sic professum coniugi reuocare, quousque votum continentiae emittat, vel Religionis professionem faciat, quia tunc non cedit perfecte iuri suo, vt aperte colligitur ex c. 1. de conuers. coniugator. ibi. *Dicimus quod nisi vxor ad Religionem transierit, non perpetuum castitatem promiserit, & non potest, & debet de Monasterio renouari, ipse autem exire nequit.* Atque ita tradit Sanch. lib. 7. disp. 35. n. 1. Gutier. c. 95. n. 17. Basil. Ponce, lib. 9. c. 12. n. 5. Mortuo autem coniuge praedictus professus ad Monasterium redire debet, quia eius professio valida fuit, & solum eius executio ob coniugis incontinentiam suspensa, vt tradit Lessius, Sanch. & Gutier. & Basil. supra, imò eo solum quod castitatis votum emittat, tamen vt debet Religionem non profiteatur, teneat professus ad Monasterium redire, quia voto castitatis emisso simul cum licentia concessa abdicauit à se ius exigendi debitum. Quo facto professus reddere non tenetur, nec potest obius professionis, quod eo casu vtget, vt bene notat Basil. Ponce dicto cap. 12. numero 5. Sanchez disputat. 33. q. 17. Et colligitur à contrario sensu ex cap. 1. de conuers. coniugator.

16 Si verò de assumptione Ordinis sacri sermo sit, communior sententia docet eadem obseruanda esse, quae in assumptione Religionis diximus; quia eadem, & efficacior videtur esse ratio, cum grauiori periculo incontinentiae exposita sit vxor iuuenis in saeculo manens vito ad Ordines promoti, quam in Religionem professio; colligitur ex cap. Agathosa. 27. q. 2. c. Episcopus 77. disp. 1. ibi, religione promissa: Et c. cum sis. cap. ex parte de conuers. coniugator. Et in extrauag. Antiqua de voto. Et in c. si se verbo separatur. 28. disp. Couarru 4. de reer. 2. p. c. 6. §. 3. n. 3. Nauarr. in manuali. c. 22. n. 52. Gregor. Lopez leg. 33. in fine. tit. 6. p. 1. & leg. 2. verbo in orden. tit. 10. p. 4. Anton. Cuchos. lib. 3. in tit. maiorat. tit. 12. n. 2. 3. Sanch. alius relatis lib. 7. disp. 39. n. 6. Gutier. c. 96. n. 1.

17 Ceterum spectato iuris rigore probabilis conserem coniugem concedentem licentiam obligatam non esse Religionem profiteri, tamen iuuenis sit, & de incontinentia suspensa, sed satis esse si votum castitatis emittat, eo quod nullus sit Textus, vnde haec obligatio ad Religionis professionem colligatur: nam Textus in c. Agathosa non de ordinato, sed Religionem ingrediente absque vxoris licentia loquitur. Cap. verò Episcopus, in quo dicitur Religionem promissa ab vxore manens ordinatur. Nominè Religionis promissa non professio, sed castitatis votum, quod est opus Religionis censet Glossa ibi esse intelligendum, quod satis indicatur, cum de utroque aequè dictum sit conuerti quom conuersionem castitatis voto uterque praestabat, non enim initiatus Religionem profitebatur, sed castitatem promittebat. Cap. verò cum sis. Et ex parte non de ordinandis, in quo de maritis religionem profiteantibus loquitur. Solus Textus in cap. iand. & c. coniugatus de conuers. coniugator. de ordinatis agunt: & ex cap. iand. tantum inferitur neminem coniugatum posse ad Episcopatum assumi, nisi eius vxor Religionem prius profiteatur, nullo verbo de aliis ordinibus facti; in cap. coniugatus, vbi de aliis ordinibus sermo est sola continentia videtur requiri; inquit enim Textus, Nisi ab vxore continentiam proficiente fuerit absolutus. Ergo spectato iuris rigore sola continentia ab vxore promissa potest vir ex eius licentia Sacris initiari, excepta assumptione ad Episcopatum, in qua professio vxoris requiritur. Atque ita docet Eman. Saa. verbo Diuortium, n. 4. Basil. Ponce lib. 7. c. 25. n. 5. & alij plures relati à Sanch. lib. 7. disp. 39. n. 1. Verum spectata consuetudine nullus Sacris initiari permittitur, quin eius vxor prius Religionem profiteatur, aut si senex sit, & de incontinentia non suspecta castitatis votum emittat, vt aduertit Basil. supra.

18 Coniugatus ad Ordines promotus nequit cum coniuge habitare, nisi sequestrato cubiculo, vt habetur cap. Episcopus 77. disp. Et tradit Glossa ibi Abbas in c. coniugatus, n. 5. de conuers. coniugator. Sanch. alius relatis disp. 39. n. 8. Gutier. c. 95. n. 3. vbi Sanch. & Gutier. prudenter consulunt neque in eadem domo esse permittendos habitare ob vitandam iniquae suspitionis occasionem.

19 Si verò aliquis de facto Sacris ordinatus sit, quin vxor licentiam concedens Religionem profiteatur, vel votum castitatis emittat, petatque ob periculum incontinentiae sibi maritum reddi. Negat Sanch. disp. 39. n. 12. reddendum esse, sed ipsam esse compellendam, vt votum emittat, ad quod emittendum concedens licentiam vir maritus ordinaretur se abstinent. Sed verius mihi est cogi non posse ad seruandam castitatem, si de facto votum non emisit, sicuti idem Sanch. docet de vxore illius qui Religionem professus est, nullo castitatis voto ab ea emisso.

20 Votum autem castitatis, quod vxor in hoc euentu emittit, censet Dominic. Sotus lib. 7. de iustit. & iure. q. 5. art. 3. in solut. ad 2. in fine. Basil. Ponce. lib. 7. de matrim. cap. 25. numero 10. non irritare matrimonium subsequens, sicuti dictum est de voto vxoris manentis in saeculo, cum eius vir Religionem profiteatur. Mouentur, quia solum votum in Religionem approbata, & in susceptione Ordinis habet hanc solemnitate

dirimen di matrimonium subsequens, cap. vn. de Voto in 6. Ceterum omnino tenendum est praedictum votum inhabilem reddere coniugem ad matrimonium mortuo viro: habetur expressè c. si se. c. quia sunt. 28. disp. ibi: *Si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur fuisse constituit, ij qui male sociati sunt disjungantur.* Et colligitur ex cap. si qua viduas, eadem disp. & c. seriatim in fine, 32. disp. & approbatur à lege regia 40. tit. 6. part. 1. ibi. *[E otro si despues que hubieren sus marido, muer-to que no se puedan despues casar, y si se casaren no vale.]* & ibi Gregor. Lopez verbo que tuen si la orden. Et tradit Glossa in d. c. seriatim verbo post mortem. Sanch. multos referens lib. 7. disp. 40. num. 2. & seqq. Gutier. c. 96. n. 5. Azor asserens esse omnium t. 1. lib. 3. c. 14. q. 11. Quippe Ordini sacro ad quem vir ex licentia coniugis assumitur debitum erat, ne eius coniux aliud matrimonium iniret. Quod secundum probabilem sententiam verum esse testatur Sanch. dicta disp. 40. n. 7. Gutier. cap. 95. num. 8. tamen si vxor ignara huius iuris sit, eo quod ad hanc inhabilitatem inducendam sola clericalis Ordinis reuerentia, spectatur.

Quando autem vxor conscia ordinationis nec consentit, nec dissentit (quod raro vel nunquam euenire potest, cum nemo iniunctus sit, quin prius de moribus, & vita informatio habeatur) existimat Sanch. d. disp. 40. n. 5. non reddi inhabilem ad contrahendum matrimonium mortuo coniuge: quia illa dissimulatio in re tam graui non est reputanda consensus, ideòque praedictum ei non potest, sicuti non praedictum vxori ordinationi viri, quae facta fuit ea ignorante. Sed contrarium verius existimo cum Glossa in c. quia sunt, verbo fuisse 28. disp. & ibi Archidiacon. Dominic. Gregor. Lopez in leg. regia. 40. tit. 6. part. 1. per Textum ibi: *[que no pueden casar despues que ellos son muertos quier contradigan o non, quando se quieren ordeñar.]* Gutier. cap. 96. num. 7. & aliis pluribus relatis à Sanch. supra. Quia ea dissimulatio toto vita tempore continuata infert consensum verum, & irrevocabilem; quod fecus esset, si viuentem coniugem, vt potest ordinatum absque eius expresso consensu ad suum consortium reuocaret.

Ad extremum, coniugatus etiam matrimonio non consummato ad Ordinem sacrum ascendens absque expressa vxoris licentia suspensionem, seu irregularitatem incurrit, vt definitur in extrauag. Antiqua de voto. Vnde neque in Ordine suscepto ministrare potest, neque ad Superiorem promoueri, neque beneficium, aut officium Ecclesiasticum obtinere. Ex susceptione tamen Ordinum minorum hae poena non contrahitur, quia praedicta constitutio de ascensu ad Ordines sacros expressè loquitur.

Si verò ex licentia vxoris ad sacros Ordines ascendat, tamen ipsa nec Religionem ingrediatur, vel castitatis votum emittat, vt obligata est à supra dicta poena excusatur secundum plurimum Doctorum sententiam, quae mihi non probatur, eo quod potest sic ordinatus ab vxore castitatis voto non ligari repeti, ad quod vitandum praedicta constitutio lata est. Praeterquam quod in dicta extrauag. asseritur coniugatum, qui ad sacros Ordines ascendit aliter quam factis canonibus nouerit congruere alicui praedicta poena. At qui ad sacros Ordines ascendit, quin eius vxor Religionem profiteatur, vel votum castitatis emittat, si senex sit, & incontinentiae non suspecta ascendit aliter quam factis canonibus praeribitur, ergo, sic Glossa in d. extrauag. verbo nouerit. Dominic. Sotus in 4. d. 27. q. 1. art. 4. paulo ante vers. & per hoc. Ab hac poena excusatur ordinatus ex qualibet ignorantia modò affectata non sit, vt aduertit Sanch. lib. 7. disp. 39. n. 3. quia dicta extrauagans vtitur verbo praesumere. Deinde excusatur, si matrimonium ex aliquo capite nullum sit, quia verè non est coniugatus. Et à fortiori excusabitur, si ordo susceptus nullus fuerit: eo quod Episcopus intentionem conferendi non habuerit, quod nunquam praesumi potest, vt notauit Sanch. supra.

PUNCTUM VII.

De ratificatione matrimonij quod nullum fuit.

Matrimonium esse potest nullum, primò si aliquis ex contrahentibus, vel uterque fidei consentit. Secundo si consentit coactè. Tertio, si erat aliquo impedimento ad contrahendum ligatus. Quarto, si defecit praesentia Parochi, & testium. Ad reuocandum matrimonium certum est causam nullitatis de medio auferendam esse, ac proinde si nullum fuit matrimonium, quia adfuit fictio, vel coactio, haec cessare debent. Si verò nullum fuit, quia ob impedimentum inhabiles erant, sublato impedimento habiles esse debent. Tandem si ex defectu praesentiae Parochi, & testium fuerit nullum, coram Parocho, & testibus renouandum est.

§. I.

Qualiter matrimonium nullum ex defectu veri consensus sit ratificandum?

- 1 Plures consentiendi consentientem obligatum esse verè contrahere.
- 2 Oppositum probabiliter non caret.
- 3 Si tui facti consensus indicia præbuerit, non es obligatus contrahere. Non est tamen indicium dispar conditio contrahentium.
- 4 Ratione damni quod semper imminet tenetur facti consentiens contrahere.
- 5 Ex vi contractus non videtur ab hac obligatione te esse immunitum.
- 6 Plures affirmant coniugem verè consentientem non teneri renouare consensum.
- 7 Probabilius est obligatum esse.
- 8 Quæ dicta sunt de facto consensu, dicenda sunt de consensu extorto per metum.

1 **P**luribus placet facti consentientem obligatum esse ex vi contractus ad verum consensum præstandum, tum ex virtute fidelitatis, quæ obligatur traditionem externam præstare veram, & non fictam, si enim ex promissione de futuro nascitur obligatio verum efficiendi, quod promittitur, sic ex traditione, seu assertione præsentis nascitur obligatio reddendi verum quod asseritur, cum ergo asserat, ego te accipio in meam uxorem, tenetur eam verè, & ex animo accipere, tum ex virtute iustitiæ, qua vnicuique suum ius reddendum est, at coniugi verè consentienti debetur verus consensus, vt sic æqualitas seruetur in contractu, ergo quosque facti consentiens verè consentiat, prædictis obligationibus non satisfaciatur. Præterea omnes Doctores fatentur, si ex hac fictione aliquid damnum coniugi verè contrahenti proueniat, obligatum esse ad illius reparationem, vt potè quod iniuste datum est: at semper ex hac fictione damnum prouenit coniugi verè contrahenti, quod per se nulla alia via nisi matrimonium contrahendo reparari potest. Quippe cogitur coniux verè consentiens vel Religionem intrare, vel semper inuptam manere. cum ab Ecclesia nunquam creditum sit facti alterum consensisse, tamen ante contractum protestationem facti consensus faceret; prudenter namque contrario facto iudicaret à protestatione recessisse. Tenetur ergo verè contrahere, vt huic damno, quod à prædicta fictione inseparabile est satisfaciatur. Atque ita docent Ioann. Maior. in 4. disp. 27. q. 1. Petr. de Soto lect. 3. de matr. §. primum. Petr. de Ledesim. q. 4. art. 4. dub. 1. §. in hac difficultate. Petr. Gregor. lib. 9. synagoga. c. 5. n. 6. Basil. Ponce, lib. 2. de matr. c. 5. n. 5.

2 Cæterum etsi prædicta sententia tenenda, & consulenda sit, opposita tamen probabilitate non caret, vt immerito Petr. de Ledesim. & Basil. censent. Satis enim est quod eam reputauerint probabilem Victor in sum. num. 252. & alij quos refert Petr. de Ledesim. eamque expressè tenuerint Martin. de Ledesim. 2. p. 4. q. 47. art. 4. Sanch. lib. 1. de matr. disp. 1. n. 5. Gaspar Hurtado disp. 3. difficult. 9. in fine. num. 35. Gutierrez de matr. c. 4. n. 14. & alij. Præterquam quod non est ratione probabilis, vt videbimus desinitura.

3 Vt igitur certa ab incertis separemus, ascendendum est, si facti contrahas matrimonium, & tui facti consensus indicia præbeas, quibus prudenter præsumi potest coniux fictionem cognouisse, eo casu obligandus non es contrahere, vt rectè aduertit Sanch. dicta disp. 1. n. 8. & conuenit Basil. dicto c. 5. num. 3. & 8. quia tunc cessat factio, & deceptio, vt potè a coniuge cognita, neque eo posito tu coniugem decipis, sed ipsa se decipit. Ex eo autem quod disparis conditionis existas, etsi Thom. Sanch. d. disp. 1. n. 8. censeat esse sufficiens indicium, vt coniux præsumere possit fictionem in consensu adesse, oppositum longè verius existimo. Cum enim sepe viri nobiles cum ignobilibus, diuites cum pauperibus cæco amore ducti copulentur, quare coniux ignobilis, vel pauper prudenter præsumere non poterit id ipsum secum contingere? Aliàs si dispar inter contrahentes conditio signum fictionis esset, semper matrimonium contractum inter dispares esset, vt nullum iudicandum, vt potè cui deficit verus consensus, quod falsissimum est.

4 Secundo dico ratione damni, quod semper infertur coniugi ex prædicta fictione, quodque alià viâ quam contrahendo matrimonium reparari non potest, obligatus es contrahere, sic docet expressè Thom. Sanch. dicta disp. 1. n. 5. Et conuincitur ratione vltima pro prima sententia allata. Quippe regulariter coniux patitur in fama detrimentum, ob cuius causam alteri nubere non poterit. Neque id permittitur ab Ecclesia, eo quod censetur matrimonium legitime contractum esse, vt probatum est.

5 Secluis his, & similibus damnis ex vi contractus non videtur improbabile te obligatum non esse ad de quo conua-

hendum. Fateor namque te obligatum esse, tum ex fidelitate, tum ex iustitia cum contrahis, verè contrahere, peccatæque mortaliter in te tam graui ea deceptio vtentem, quod solum probant fundamenta num. 1. adducta. Nego tamen ex ea fictione secluis damnis aliquam tibi subesse satisfaciendi, & de nouo contrahendi obligationem, siquidem neque retines, neque acceptasti traditionem coniugis, sed per te æque ipsa libera est, ac si nullus contractus factus esset. Ex quo ergo capite præter damnus obligari potes ad contrahendum? certè ex nullo; aliàs si solum ex vi contractus nascetur obligatio tollendi deceptionem, & verum consensum præstandi, qui Religionem facti proficeretur obligatus esset verè, & ex animo profiteri, quod communiter Doctores negant apud Nauarr. in c. statutus. 19. q. 3. n. 73. Sotum lib. 7. de iustit. q. 1. art. 2. versan. vers. Angles Florib. 2. p. 9. 1. de voto art. 1. difficult. 4. Henric. lib. 1. de matr. cap. 1. n. 3. in fine. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 1. in initio. Man. 2. 1. sum. c. 92. num. 5. & diximus tract. 1. 6. de statu religioso, vbi de ratificatione professionis irritæ.

Posito te obligatum esse saltem ex damno coniugi illato ad verum consensum præstandum, superest dicendum qualiter illum præstare debeas? Neque dubium esse debet te obligatum esse exterius consensum internum manifestare alteri coniugi, aliàs matrimonium, quod sensibile signum est non perferretur, vt rectè aduersus Sanch. lib. 2. disp. 32. num. 11. aduertit Coninch. disp. 24. dub. 10. n. 94. Basil. Ponce. lib. 4. c. 24. n. 3. & 8. Gaspar Hurtado disp. 3. difficult. 9. num. 31. Difficultas in eo tantum versatur, an cum de nouo consentis, & fictionem tollis, debeat alter coniux qui ex animo consentit de nouo consentite, vel sufficiat prædictus consensus præteritus moraliter permanens? Affirmant illum consensum præteritum sufficientem esse Hostiens. in c. dilectus de Sponsalibus. verbo contrario. Ioan. Andr. ibi. num. 7. Ancharran. num. 3. Alexand. de Neou. n. 18. Syluest. verb. Matrimonium. 8. q. 2. dicto 6. Nauarr. sum. c. 22. num. 80. Sanch. lib. 1. disp. 32. num. 9. Coninch. disp. 24. dub. 10. num. 55. & 90. Mouentur, quia ad matrimonium opus non est, vt vtriusque consensus actualiter existat, sufficit illius moralis existentia, sicut in aliis contractibus: at coniux qui verè consentit, censetur in suo consensu moraliter persistere, siquidem se vt verum coniugem tractat, ergo cum tu de nouo consentis apponis quiddam matrimonio deficiente. Nihil ergo amplius petendum est. Hinc infert Sanch. non esse tibi opus certiore coniugem facere de nullitate matrimonij, quia hæc notitia solum desiderari poterat, vt ipsa renouaret consensum.

Cæterum longè verius existimo vtriusque consensum renouandum esse. Moueor: quia consensus coniugis ex animo consentientis non perferatur moraliter, eo quod tantum consentit tacite, vel expressè quosque tu verè, vel facti consensum præstiteris, eo enim præstito consensu, & matrimonio apparet celebrato, cessat illius consensus, neque ultra tenetur prorogari. Nam esto postmodum te vt coniugem tractet, non est quia primus consensus perseveret, sed quia perseverat in eius opinione ius ex primo consensu præterito acquiritum. Quod manifestè conuincitur, nam etsi coniuges verum consensum præstantes, postmodum contracto matrimonio dissentiant eorum dissensus non officit quominus se vt coniuges tractent, ergo ille tractatus non est signum, neque effectus actualis consensus, sed præteriti. Sed concessio gratis alterum coniugem in priori consensu perseverare, ille prior consensus nunquam potest matrimonium constituere, quia ille consensus nullus fuit, eo quod fuerit acceptatio tui corporis abique tua voluntate traditi, & sui traditio, quam tu non acceptasti. Et deinde processit ex errore persone, quam esse habilem putasti, cum tamen iure naturæ ob defectum voluntatis inhabilis extiterit. Nunquam ergo talis consensus quantumcumque perseveret matrimonium constituere potest. Quod enim à principio nullum est tractu temporis non conualescit. Ergo necessarium est, vt simul cum tuo consensu nouiter præstito alter de nouo consentiat, aliàs nunquam matrimonium, quod ex vtriusque consensu consensu coalescit perfici poterit. Acque ita docent Felin. cap. ex parte de Rescript. num. 11. ampliat. 4. Palacios in 2. d. 27. disp. 1. post princ. Bartholom. à Ledesim. de matr. dub. 19. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 16. in fine. Basil. Ponce. lib. 4. cap. 24. num. 2. Paul. Comitoli. lib. 1. respons. moral. quæst. 120. vbi refert sic Clementem VIII. declarasse. Gaspar Hurtado disp. 3. de matr. difficult. 9. num. 31. Hinc inferendum est corollarium oppositum ei, quod prior sententia inuultu scilicet opus esse coniugem certiore facere de nullitate matrimonij, vt sic possit nouum præstare consensum; aliàs semper censetur priori consensui persistere, operari; ex præsumptio illius valore, vt latius §. sequenti dicemus, & tradunt Lessius, Basil. Hurtado, Comitoli & alij.

Quæ dicta sunt de facto consensu dicenda sunt de consensu extorto per metum cadentem in constantem virum, siquidem iure positio æquè nullum reddit consensum, ac spectato iure naturali illum reddit fictio, vt nosarunt Lessius, Basil. Sanch. & alij Doctores locis allegatis.

§. II.

Qualiter reuolidandum sit matrimonium nullum ob impedimentum dirimens ?

- 1 Sublato impedimento vtriusque consensus reuolidandus est.
- 2 Plures consent non esse opus vtrumque coniugem fieri consentium nullitatis matrimonij.
- 3 Varius esse fieri certior debere.
- 4 Excipe, nisi grauissima inconuenientia timeatur.

Sublato impedimento certum esse debet vtriusque consentium reuolidandum esse, nam cum vtriusque consensus fuerit acceptatio, & traditio personae inhabilis, nequit ex illis matrimonium coalescere, debet ergo vterque renouari. Neque vlla ratio est quare magis vnus consensus, quam alterius renouandus sit, cum vterque fuerit circa personam illegitimam; ideoque vtriusque coniugis consentium renouandum esse docuerunt pro certo Glossa in cap. non debet, verbo de caetero per Textum ibi de consanguinitate, & affinitate. Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 4. in princ. num. 5. Nauarr. cap. 22. num. 47. & 80. Sarmiento lib. 6. select. interpretat. cap. 27. in fine. Matienzo lib. 5. recapit. Rub. tit. 1. gloss. 1. num. 66. Sanch. alius relatis lib. 2. disp. 3. §. num. 2. & seqq. Gutier. de matrim. cap. 47. num. 3. Coninch. disp. 2. 4. dub. 10. num. 90. Basil. Ponce, lib. 4. cap. 2. 4. n. 2. & seqq. Gaspar Hurtado disp. 3. de matrim. difficult. 9. per nam. Hoc posito,

Contraueria verificatur, An vterque debeat fieri conscius nullitatis matrimonij, vel satis sit impedimentum sublatum esse, vt intelligatur coniuges deuo consentire si se vt coniuges tractent? Prima sententia negat esse necessarium, sed fat esse si ab altero coniuge petas, vte in coniugem recipiar ipsaque annuat, & cum eo affectu ad illam accedas, vti docuit Caietan. 1. i. opuscul. tract. 12. de matrim. quest. 2. & in sum. verbo Matrimonium tit. contractus matrimonij potest reddi ex septem capitibus vitiosus. Sorus in 4. 3. dist. 28. qu. 1. art. 2. concl. 3. cap. 1. & praecipue dist. 29. quest. 2. art. 1. dub. ult. Cordub. qu. lib. 1. quest. 1. art. 2. dicto 1. & sum. quest. 1. in 1. in 1. Pet. de Ledelm. de matr. quest. 4. §. art. 3. dub. ult. §. d. dubium est. Henric. lib. 1. de matrim. cap. 3. num. 6. Man. Rodrig. 1. i. sum. cap. 22. num. 2. in secunda edit. & plures ex iis Doctoribus id asserunt. Et contraueria est, quod si coniuges sponalia contraxerint, & sublato impedimento copulam habent, celeseretur matrimonium illis in locis, in quibus Trident. non vigeret, consummari. Ergo copula signum est sufficientis consensus ad constituendum matrimonium requisiti.

Secunda sententia longe probabilior postulat vtrumque coniugem fieri certiorum aliquo modo nullitatis matrimonij, vt possint consensum legitimum prestare, quam docuerunt plurimi Doctores, quos refertur & legitur Sanch. lib. 2. disp. 36. num. 3. Gutier. cap. 47. ad num. 1. Basil. Ponce, lib. 4. cap. 2. §. 2. num. 2. Coninch. disp. 2. 4. dub. 10. an. 60. Gaspar Hurtado disp. 3. diff. 10. §. num. 37. Paul. Comitoli. lib. 1. responsor. marital. quest. 120. & alij. Ratio ea est, quia consensus necessario requisitus ad matrimonium deuo constituendum procedere debet ex intentione efficiendi matrimonium: at credens matrimonium factum esse, ita vt de illius nullitate nullum dubium, aut suspensionem habeat, credit matrimonium deuo celebrare sibi esse impossibile: Ergo nequit consensum elicere sufficientem pro matrimonij constitutione. Quare esto coniuges habiles sint, & vt coniuges tractent, id procedit ex praesumptione, quam habent de valore matrimonij, & de iure ob illud acquirit, non tamen ex intentione deuo contrahendi, quod necessarium erat ad matrimonium ratificandum. Verum si coniugis suspiciōem aliquam habeat matrimonium esse nullum, ea stante serio potest velie contrahere deuo, casu quo matrimonium nullum sit; hanc enim voluntatem conditionalem optime imperare potest suspicio nullitatis.

Quod si graua inconuenientia timeatur, si coniugi nullitatis matrimonij suspicio ingeratur, vt frequenter timeri possunt, si ex parte foeminae impedimentum fuerit appositum, non videtur improbabile posse priorem opinionem eo casu sustineri. Nam esto hoc periculo secluso vta non sit, at hoc periculo posito probabilis censerit potest, vt docet Sanch. & Gutier. loc. alleg. Sunt enim aliqua hecia in casu vigenis necessitatis, quae ea seclusa non licet. Non enim licet seclusa necessitate ob sola signa contritionis exhibita penitentem absolueret, quod tamen licitum est in articulo mortis. Neque item licet in sola manu puerum communiter baptizare, bene tamen si in partu periclitetur. Sic in praesenti dicendum videtur.

§. III.

An matrimonium coram Parocho, & testibus celebratum, inualidum tamen ob occultum impedimentum sit iterum coram Parocho, & testibus celebrandum?

- 1 Proponitur ratio dubitandi ex decreto Conc. Trident.
- 2 Satis probabile est decretum praedictum Conc. Trident. non extendi ad hunc casum.
- 3 Debet esse impedimentum omnino occultum, & qualiter intelligatur?
- 4 Esto Parochus, vel aliquis ex testibus necessariis impedimentum agnoscat, non videtur improbabile opus non esse coram Parocho, & testibus iterum contrahere.
- 5 Satis fundamentis num. 1. adductis.
- 6 Quis possit in praedicto impedimento dispensare? Respondetur remissive.

Ratio dubitandi sumitur ex decreto Concilij sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. ibi enim statuitur, vt quoties matrimonium contrahendum sit coram Parocho, & duobus vel tribus testibus contrahatur, alias irritum sit, & nullum. At Parochus, & testes assistentes matrimonio, quod ob aliquod impedimentum nullum ex illis, vere, & proprie non asserunt, quia matrimonium sub aliquo impedimento dirimente contractum matrimonium non est. Ergo si Parochus, & testium praesentia matrimonio contrahendo requiritur, necessario requisita videtur cum matrimonium nullum ratificatur, quia eo tempore, & non antea matrimonium contrahitur; quippe forma interuenire debet, cum actus produciatur in suo esse, vt comprobatur Baldus in leg. obseruari §. fin. num. 5. de officio Proconsulis. Atque ita tradunt loquentes de omni matrimonio nullo, quod renouandum est Paul. Comitoli. lib. 1. respons. moral. quest. 120. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 6. referuntque Clementem VIII de hac re consultum qualiter matrimonium ex defectu consensus foeminae nulliter celebratum renouandum esset? respondisse esse necessarium nouum consensum vtriusque coram Parocho & testibus, admonito prius marito de matrimonij nullitate. Sed ad evitandum scandalum Sanctitatem dispensare, vt secreto inter se contrahant renouato consensu cum legitimatione prolis. Idem decisum fuit in Rota teste Farinac. decis. 265. Specialiter autem quando matrimonium nullum fuit ob impedimentum vtrumque coniugem efficiens esse coram Parocho, & testibus reuolidandum docuerunt Nauarr. lib. 4. consil. tit. 1. de sponsal. cons. 11. alius tit. de dispensat. impuber. cons. 3. Palacius in 4. d. 27. quest. 1. fol. 566. in fine. Matienzo in leg. 1. tit. 1. gloss. 1. numero 3. lib. 5. nona collect. Bartholom. a Ledelm. de matrim. dub. 17. fol. 1275. Gutier. lib. 1. canon. 99. cap. 18. per totum, & tract. de iur. am. confirmat. 1. part. cap. 51. num. 22. & seqq. & tract. de matrim. cap. 47. a num. 5. Mouentur, quia in diplomate Cruciatum conceditur Commissario facultas dispensandi in matrimonio nullo ob occultum impedimentum, ne postmodum coram Parocho, & testibus celebraretur. Ergo seclusa dispensatione, & Pontificis commissione id fieri non poterat, alia privilegium frustra esset. Deinde in dispensationibus concessis ad reuolidandum matrimonium propter occultum impedimentum haec clausula apponi solet. Si ita est cum eis, vt inter se publice, & seruata forma Concilij Trident. contrahant, dispenses. Supponit ergo Pontifex aliter matrimonium reuolidari non posse.

Ceterum est praedicta sententia quoad fieri possit seruanda sit, ne coniuges de nullitate matrimonij serapulum habeant, at quia ex eius rigida obseruatione plura incommoda oriri possunt, censo satis probabile esse, & in conscientia secutum Conc. Tridentini decretum non extendi ad eum casum, in quo matrimonium coram Parocho & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedimentum renouandum est. Et quidem quando matrimonium fuit nullum ob impedimentum ex parte tantum vnus ex contrahentibus, eo quod fidei, vel metu coactus consenserit, non esse opus coram Parocho, & testibus reuolidari affirmant Nauarr. capite 22. numero 70. Henriquez lib. 1. capite 3. numero 7. Rodrig. 1. i. sum. cap. 208. num. 7. Riccius in decis. curia archiepiscopi Neapolit. decis. 98. & in praxi fort. Ecclesiast. decis. 246. in 1. edit. Sanch. lib. 2. disp. 32. num. 13. Reginald. lib. 3. num. 183. ad finem. Gutier. de matrim. cap. 46. num. 5. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 4. cap. ult. Bonac. de matrim. quest. 2. pun. 9. num. 4. Rebelle de obligat. iustit. 2. part. lib. 2. quest. 9. numero 5. Polleuin. cap. 20. num. 2. August. Barbosa de potest. Episc. 2. part. alleg. 32. n. 157. Coninch. disp. 2. 4. dub. 10. num. 82. Gaspar Hurtado disp. 3. de matrim. difficult. 11. Generaliter vero, & indistincte quoties matrimonium ex aliquo impedimento occulto nullum coram Parocho, & testibus celebratum fuit, non indigere solemnitate a Concilio requisita ad sui reuolidationem firmant Francisc. Leo in thesaur. fore Ecclesiast. 2. part. cap. 9.

cap. 9. num. 8. Nauarr. *conf.* 1. & 32. de sponsalibus in noua edit. Petri de Ledem. de matr. quæst. 4. art. 5. concl. 2. ante ultimam dubium. Sanch. Bonac. Reginal. Coninch. Gaspar Hurtado, Barbosa *loc. alleg.* testanturque plures ex iis Doctoribus; videlicet Nauarr. Sanch. Petrus de Ledema, Coninch. Hurtado Pium V. sic declarasse, & sacre penitentiarie prætorium ea declaratione frequenter vti. Rationem huius conclusionis, quando impedimentum se tenet ex parte vnius tantum, afferunt plures ex dictis Doctoribus esse, quia Conc. Trident. solum obligat ad præsentiam Parochi, & testium apponendam matrimonio celebrato: at in præsentia non matrimonium celebratur, sed eius defectus suppletur sublato metu, vel fictione. Hæc tamen ratio mihi displicet. Nam vt ex superioribus constat, matrimonium quod nullum fuit ex impedimento se tenente ex parte vnius, consensu vtriusque est renouandum, ac proinde cum de facto renouatur non solum matrimonij defectus suppletur, sed verum matrimonium fit. Quare ratio vnicuique conclusionis ea est, quia finis Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat.* statuens, ne matrimonia sine Parocho & testibus celebrantur fuit impedire valorem matrimonij, quod antiquo iure clandestinum erat, & ex quo sequi poterat illud grauissimum inconueniens, quod coniuges ad alias nuptias transirent, vt constat ex præmio prædicti decreti. At occulto impedimento ligatus contrahens matrimonium in facie Ecclesie, nunquam prohibitus fuit cognita nullitate secretò matrimonium renouare, neque illud matrimonium sic reualidatum iudicatum fuit clandestinum, neque ex illo oriri poterat inconuenientia, quæ à Concilio ponderantur. Ergo hoc matrimonium sub prædicto decreto comprehensum non fuit, ac proinde tanquam casus omisus metiri debet iuris communis regulis. Et confirmatur, quia solum illud matrimonium censendum est clandestinum, quod Ecclesia clandestinum reparat. At matrimonium coram Parocho & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedimentum, quod postmodum secretò reualidatur, nunquam Ecclesia illud iudicat, ne iudicare potest clandestinum esse, sed æquè iudicat illud legitimum, ac quodlibet aliud matrimonium. Ergo hoc matrimonium in prædicto decreto Concilij non irritatur.

3 Notanter dixi impedimento occulto; nam si publicum est, eo quod multi impedimentum sciunt, vel ad forum contentiosum sit deductum, vel saltem sit impedimentum, quod plene probari potest duobus inquam testibus iuxta *c. quorundam de Testibus*; teste Mascard. *de probat. conclus.* 4. *no. num.* 19. *unito num.* 9. qui testes debent esse omni exceptione maiores, vt docet idem Mascard. *concl.* 1023. *num.* 4. necessarium reualidandum est matrimonium coram Parocho, & testibus: nam cum hoc matrimonium ad petitionem vnius partis dissolui possit, non constat Ecclesie firmiter de eius valore, ac proinde vt Ecclesia sic constet, vt nulla ratione illud valeat dissoluere, necessum est iterum coram Parocho, & testibus renouari, vt bene aduertunt Henricq. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 6. Sanch. *lib.* 2. *disputat.* 37. *num.* 11. Coninch. *disputat.* 24. *dub.* 10. *num.* 84. Rebell. *lib.* 2. *quæst.* 9. Gaspar Hurtado *disputat.* 3. *difficult.* 11. *num.* 43. Non tamen dicendum est impedimentum esse publicum, cum tres vel quatuor scirent impedimentum solum ex relatione coniugis, quia eorum scientia non præstat sufficiens testimonium ad matrimonij dissolutionem, cum non sit maioris efficacitatis, quam iuramentum, & confessio ipsius coniugis, vt bene notatur Sanch. & Henricq. *supra*. Qui idem censent & bene si impedimentum sit deductum ad forum contentiosum, & ibi non fuit probatum, nec probari plene potest, quia in iis casibus Ecclesia iudicat, & iudicare semper debet validum esse matrimonium, nec permittit coniuges separari.

4 Præterea inquit Sanch. *dicta disputat.* 37. *num.* 10. si Parochus, vel aliquis ex testibus matrimonio necessariis impedimentum agnouerint, matrimonium coram Parocho, & testibus reualidandum esse, quia Ecclesie non plene constat de eius valore. Nam in tantum constat Ecclesie matrimonium validum esse, quatenus constat Parocho & testibus necessariis, qui nomine Ecclesie matrimonio contrahendo assunt. Excipit tamen Sanch. nisi Parochus ex sola confessione impedimentum nouisset, quia cum non possit eam vti notitia ad testificandum, & probandum impedimentum, reparanda est ac si non esset. Sed rectius contrarium censet Coninch. *dicta disputat.* 24. *dub.* 10. *num.* 84. eo quod Parochus & testes non sunt testes valoris matrimonij, sed contractus matrimonij secundam formam ab Ecclesia præscriptam, quod optime præstat, tamen aliquis eorum agnoscat impedimentum ditimant, tamen si quis ex vi illius scientie, & testimonio matrimonium contractum dissolui potest, ac proinde semper Ecclesie constat firmiter validum esse matrimonium.

5 Restat satisfacere rationibus oppositis. Ratio dubitandi ex probatione nostræ sententiæ soluta est; dicimus namque hunc casum non esse comprehensum sub dicto Tridentini decreto, eo quod nec ratio, nec finis illius legis ad renouationem matrimonij in facie Ecclesie legitime celebrati ex-

tenditur, & consequenter neque ipsa lex. Declarationi Clementis VIII. opponimus declarationi Pij V. ita grauibus testibus firmatam. Deinde dicimus in illo casu, sicut in decisione Roæ adducta à fatinacio necessarium erat coram Parocho & testibus renouari matrimonium, quia impedimentum erat ad minus probabile, & ex consequenti matrimonium, neque etiam quoad apparentiam subsisteret, vel dicere necessarium vtriusque coniugis consensum coram Parocho & testibus renouari non absolute, sed ad omnem securitatem præstandam, scrupulosque tollendos. Tandem illa declaratio esto de impedimento omnino occulto, neque probabili, & de necessitate simpliciter loqueretur, essetque authentica; non obinde nos cogit illam sequi, quia vim legis non habet, vt potest cui deficit publicatio, sed intra terminos feneratorie cuiusdam grauis Authoris continetur. Præuilegio Commissarij generalis Cruciatæ respondemus sapè privilegia concedi, non quia sint simpliciter necessaria, sed ad tollendam omnem dubitationem. Præterea forte extenditur, vt inquit Coninch. *d. disputat.* 24. *dub.* 10. *num.* 90. ad impedimentum occultum esto probabile fit, modò publicum de facto non sit. Ad clausulam, quæ refertur ex sacra penitentiarie respondet Sanch. *dicta disputat.* 37. *num.* 9. esto virtute illius commissionis dispensare Confessarius non possit, vt occulte celebraretur matrimonium, potest tamen dispensare in impedimento, quo sublato possunt coniuges inter se secretò contrahere, quia ipsi non videntur, obligati ad prædictam formam seruandam, si aliis necessaria non est. Adde illa verba seruata formæ Concilij Trident. apponi non in vi conditionis, sed in vi monitionis, hoc est monetur Confessarius, vt coniugibus præcipiat, vt matrimonium seruata Trident. formâ celebrent, si id necessarium esse iudicauerit. Non enim videtur Pontifex esse vellemus onus his contrahentibus imponere, sed illos monere de onere à Trident. imposito, si forte illud subire teneantur.

Quis autem in prædicto impedimento occulto dispensare possit, vt coniuges secretò contrahant? per se solus est summus Pontifex: in casu tamen vrgentis necessitatis, eo quod non sit recusus ad Pontificem, vel ad aliquem qui vices Pontificis habeat, poterit Episcopus, & Legatus à latere, vel alius dicimus in fine dispensationis sequentis.



DISPUTATIO IV.

De matrimonij impedimentis, eorumque dispensatione.



Onstat ex Conc. Trident. *sess.* 24. *can.* 4. esse in Ecclesia ob bonum commune, reuelantur sacramenti matrimonij administrationem, aliqua impedimenta impedientia tantum; hoc est que impediunt, seu prohibent ne contrahatur, at si de facto fuerit contractum, & firmum relinquunt. Alia appellantur ditimantia, quia matrimonium validum ditimant (hoc enim est probabile) sed quia dirimunt contractum impeduntque ne ratum fiat.

PUNCTVM I.

Penes quem sit potestas statuendi impedimentorum impedientia, tum ditimantia?

- 1 Pontifici concessa est hac potestas.
- 2 Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimentum fidelibus statuere.
- 3 Magistratus civiles Christiani nequeunt circa matrimonium fidelium disponere.
- 4 Optime possunt circa matrimonia infidelium sibi subiecturum.
- 5 Consuetudine mutari, vel constitui impedimenta possunt.

Nemini Catholicorum dubium esse potest penes Pontificem comparatione fidelium potestatem esse statuendi ea impedimenta tum impedientia, tum ditimantia, quæ bono communi Ecclesie recteque illius gubernationi expedire iudicauerit, vt constat ex Conc. Trident. *sess.* 24. *can.* 4. ibi. Si quis dixerit Ecclesiam non posse constituere impedimenta matrimonij ditimantia, vel in iis constituendis errasse, anathema sit. Neque ex hac potestate inferri posse Ecclesiam materiam, vel formam matrimonij, quas Christus Dominus in Sacramentum eleuauit, aliqua ex parte mutare (id enim permissum non est). Etenim materia & forma Sacramenti matrimonij non est quilibet contractus, sed contractus qui ab Ecclesia validus, & firmus fuerit habitus, non tamen contra-